3533 ara rotunda marmorea encarpiis et bucraniis ornata. Rep. prope Tibur a dextra viae dictae *di Casciano* una cum statuis Apollinis et Musarum nunc Vaticanis VISCONTI (mus. Pio-Clem.). Romae in museo Vaticano CARDINALI. Ibi extat (*galleria de' candelabri*).

ab altera parte:

AGATHO · DAEMONI
SACRVM
E V S

ab altera parte:

ΑΓΑΘΩΙ
ΔΑΙΜΟΝΙ

Descripsi. E. Q. Visconti sched. Paris. 9697 f. 56, mus. Pio-Clement. (ed. Mediol. 1818) I p. 101 not. 1 (inde Orelli n. 1786; item ex Viscontio veniunt ea quae profert Sebastiani p. 230); Cardinali *memorie romane* 3 p. 67 not. 1; Osann syll. p. 425 n. 7.

3 *e v(oto) s(uscepto)* Orelli, *e(x) v(oto) s(oluto)* Cardinali.

3534 Tibure in pavimento aedis S. Benedicti ACC. In S. Benedicti (*nella chiesa di S. Benedetto che è appresso di S. Valerio* LIG. Taur.) BRVN. LEONC. LIG. OTTOB. Rep. ad aquas Albulas LIG. (Taur.) coniectura potius quam mala fraude. — S. l. REVILL.

A T T I N I · A V G
S A C
C · IVLIVS · SP · F · IVLIANVS
P R O C V L V S · S A C E R D O S
M · D · M · I
AD · AQVAS · ALBVLAS
D · D

Brunelleschi f. 72'; Accursius ms. f. 1' (inde Mur. 93, 2 'e schedis meis'; ex hoc Orelli 1904); Leoncini ms. f. 4' (inde Mancini apud Metellum f. 345', apud Pighium f. 4, apud Manutium Vat. 5237 p. 422); Ligorius Neap. lib. 35 p. 187, Taur. vol. 20 f. 72 (e Ligorio pendet Reinesius 1, 280 qui habuit e schedis Langermanni); cod. Ottob. 2970 f. 19 eodemque exemplo Marzi II p. 172 (inde Vulpi Lat. 10 p. 470); manus ignota in schedis Didaci Revillas Berolinens.

1 AFFINI Leonc. (non Manc.; ATTIN Manc. ap. Pigh.). — 2 SACR Brun.· Ottob., SACRVM Rev. — 3 I longas dedi ex Accursio. — IVLIANVS] IVLIA Ottob., om. Marzi. — 4 om. Ottob. Marz. — SACER Brunn. — 5 fin. I] II Leonc. cum suis, om. Marz. Revill. — 6 ALBVLAS Brun. Ligor. (Taur.) Ottob. Marz. Revill., ALBVLAE Accurs., ALBVNEAS Leonc. cum suis (ALBVRNEAS Manut.), ALBVMS Lig. (Neap.).

Vv. 4—7 separati et interpolati sic PROCVLVS SACERDOS M·D·M·IGIAE (*Hygiam* voluit falsarius) SAC·AD AQVAS ALBVLAS D·D leguntur apud Marianum Victorium de antiq. Reate cod. Neap. f. 55 (inde per Antinorium Murat. 159, 5; ex hoc Orelli 1897), apud Andream Bacci delle Therme *discorso delle acque Albule* cet. (Romae 1567) p. 3 (ex hoc Antonius del Re ms. Barb. cap. VI et Suaresius Vat. 9140 f. 205; ex Ant. del Re ed. Cabral et del Re p. 63); denique in cod. Ottob. 2970 f. 22 et apud Marzium II p. 172, qui et ipsi videntur pendere ex Baccio. Repertam ad aquas Albulas facit Bacci, 'ad aquas Albulas via Tiburtina XIII ab urbe lapide et ab Adriani Caesaris villa secundo' Victorius.

3535 tabula marmorea. Tibure *in terra appresso al tempio anticamente della Tosse* [significatur aedificium rotundum vetustum quod extat Tibure extra portam Collis] DEL RE. Romae in Vaticano FEA. Ibi extat (*Galleria lapidaria* dii II).

ANTINOO · ET BELENO PAR AETAS FORMAQVE SI PAR
CVR NON ANTINOVS · SIT QVOQVE QVI BELENVS
Ↄ · S I C V L V S

Descripsi post Henzenum. Exhibet primus Antonius del Re ed. p. 88. Inde pendent Vulpi Lat. 10 p. 24; Murat. 24, 6 (ex hoc Orelli 823); S. Viola *giornale arcadico* 6 (1820) p. 207; Sebastiani p. 124. Denuo de visu Fea *Castel Gandolfo* p. XIII.

2 in. C litteram nunc deperditam habent del Re et Fea. — 3 in. Q del Re; ex eodem in fin. dedi S litteram nunc deperditam; ceterum quid sibi velit hoc vocabulum, ego nescio.

3536 basis marmorea quadrata litteris bonis. Repertam esse propter S. Andreae et S. Vincentii aedes, ubi thermas et templum Dianae fuisse volunt, sine certo auctore narrant VIOLA et a Viola pendens GORI (p. 19). — Fuit olim Tibure in monasterio Franciscanorum adnexo ecclesiae S. Francisci sive S. Mariae Maioris (quod idem est, cf. Gori p. 45); ibi collocant fere omnes plus minus accurate locum definientes inde a MARCANOVA usque ad SEBAST. VIOL. GORI (*a piè d'una cisterna* LIG., *presso la cisterna* REVILL.); nuper translata est in aedes publicas Tiburtium. — Tibure in villa d'Este LIGOR. (Taur.). *Nella piaza di Tivoli* BRVN. — Romae FELIC. FERRAR.

DIANAE · CAELESTI
S A C R V M
Q · C O R N E L I V S
THEOPHILVS
CVM · QVINTIA · M · F
LVPERCA

Recognovi. Exhibent Marcanova Mutin. f. 84; Felicianus Ver. f. 135 (inde Ferrarinus Traiect. f. 88, Paris. f. 91', Regiens. f. 14); Iucundus Ver. f. 132, Magl. f. 108; Sieder ms. f. 74 (inde Rambertus Patav. f. 141', ex quo Apianus 187, 2); Brunelleschi f. 71'; Accursius ms. f. 7; Pighius cod. Luzac. p. 32 (a Pighio Smetius ms. Neap. p. 87, ed. 22, 11; e Smetio Grut. 41, 1); Metellus Vat. 6040 f. 63; Manutius orth. 124, 2; Ligorius Neap. lib. 25 et 35, Taur. vol. 20 f. 15; Panvinius Vat. 6035 f. 2; cod. Ott. 2970 f. 16'; Suaresius Vat. 9140 f. 205'; Revillas sched. Berol.; Casimiro da Roma *memorie storiche* p. 374; Sebastiani p. 356 citans Gruterum, sed videtur vidisse (a Sebastianio pendere videntur Viola *decennio* p. 202 et Gori *viaggio da Roma a Subiaco* 1 p. 45).

Exemplum novicium in tabula marmorea exaratum, visum olim a Zoëga (ms. p. 576, 6) et a Sartio Tibure in aedibus Boschi, nuper in repositis musei Lateranensis descripsit Henzen. Differt v. 1 DIANE, 5 QVINTIA·M·L.

Ad hunc Ligorius (ms. Neap. 35 p. 187) finxit titulum: *Dianae caelesti* | *Feridia M. f. Rufa* | *v. d. d. l. m.*